



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku
Ekklesiastikē Istorìa, Eklogai Apo Tōn Istorion
Philostorgiu Kai Theodōru**

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

Caput III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Apostolicam sedem, secundum scita majorum & sicut semper est factum, referre debuisset: sicut de Petro Alexandrino, vel de Antiocheno Petro, de Joanne & Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed & in commonitorio ad Faustum, ejusdem Pauli & Joannis mentionem facit. Quos ab Apostolica sede damnari ac deponi fecit Acacius. Quem etiam præceptionem sedis Apostolicæ executum fuisse, ibidem ait Gelasius. Equidem non dubito, quin hic Paulus de quo Acacium ad Simplicium Papam retulisse scribit Gelasius, sit Ephesinus Episcopus; qui dum ob quædam crimina exutus fuisset Episcopatu, Basilisci tyranni temporibus restitutus fuerat per Timotheum Ælurum & Paulum Antiochenum Episcopum, ut scribit Evagrius in libro 3. cap. 5. & 6. Porro Simplicius Papa, acceptis Acacii litteris, in quibus de Petro & Joanne Antiochenis retulerat, continuo respondit, eos à se damnatos esse significans, & ab Ecclesiæ communione præcisos. Et epistola quidem Simplicii ad Acacium ea de re scripta, hodie non extat. Ejus tamen meminit ipse Simplicius in epistola ad Zenonem Augustum, qua ei gratulatur ob vindicatam sedem Stephani Antiochenis Episcopi. Ubi Simplicius inter cætera hoc dicit: Sed ut loquar fiducialiter Principi Christiano, si præteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem & Coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque, ut facta suggestione pietati vestrae, prædictus ut & ceteri qui per occasionem tyrannicæ dominationis invaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur Imperii; ne pestiferis sensibus quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentes animas faucirent. His piis ac salutaribus monitis Simplicii Romani Pontificis permotus Zenon, Petrum Fullonem Pityuntha in exilium misit, qui locus est in Ponto circa fines Imperii Romani situs, & noxiorum exilio deputatus, ut testatur Justinianus in Novelis. Sed Petrus Fullo clam Pityuntha digressus, ad sanctum Theodorum se contulit, qui erat in oppido Euchaitorum, ut tradunt Theophanes & Cedrenus. Quisnam sit hic Theodorus, equidem nondum comperi; nisi forte sit Theodorus Trichinas, cujus mentio fit in Græcorum Menologiis, die Aprilis vicefimo. Ordinatus est igitur ab Acacio Antiochenis Episcopus, Stephanus junior, vir pietate spectabilis. Qui cum tres annos sedisset, variis hæreticorum seditionibus agitatus, post ejus obitum Zenon præcepit iterum Acacio, ut in urbe regia Episcopum Antiochenis ordinaret. Acacius igitur Constantinopoli, Calendionem ordinavit Antiochensem Episcopum, ut scribunt Theodorus Lector ac Theophanes, & ante eos Gelasius in gestis de nomine Acacii. Orientales autem Episcopi, tanquam nescientes id quod actum erat Constantinopoli, Joannem nomine Codonatum eisdem Antiochenæ Ecclesiæ consecravit Episcopum, ut scribit Victor Thuronensis in Chronico post Consulatum secundum Longini, & Theophanes, pag. 110. id factum est anno Christi 481. Trocundo & Severino Coss. ut discimus ex epistola Simplicii Papæ ad Acacium. Ordinatus Constantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus est. Ubi collectâ Episcoporum Provincialium Synodo, primò

Antiochiam qui hoc facinus vindicarent, & in auctores seditionis animadverterent. Antiocheni vero, Legatos ad Imperatorem miserunt qui veniam deprecarentur, peterentque ab Imperatore, ut ad vitandos tumultus Episcopus ipse Constantinopoli ordinaretur. Igitur Zeno eorum petitionibus annuens, mandavit Acacio Constantinopolitano Episcopo, ut Antiochenum Antistitem in urbe regia ordinaret. Idque factum pacis Ecclesiasticæ causâ, tam Imperator ipse, quam Acacius apud Simplicium Papam excusavit, polliciti ordinationem Antiocheni Antistitis juxta Canonum præcepta à provincialibus Episcopis posthac esse faciendam. Et litteræ quidem Zenonis atque Acacii hodie non extant. Verum litteræ Simplicii Papæ quas ad utrumque rescripsit, etiamnum habentur. In quibus hæc verba leguntur inter cætera: Si præteritarum litterarum quas de Petri aliorumque nomine ad fratrem & Coepiscopum meum Acacium scripsisse memini, ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod jure nunc meruit vindicari. Mandaveram namque ut facta suggestione pietati vestrae, prædictus ut & ceteri qui per occasionem tyrannicæ dominationis invaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur Imperii; ne pestiferis sensibus quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, & verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentes animas faucirent. His piis ac salutaribus monitis Simplicii Romani Pontificis permotus Zenon, Petrum Fullonem Pityuntha in exilium misit, qui locus est in Ponto circa fines Imperii Romani situs, & noxiorum exilio deputatus, ut testatur Justinianus in Novelis. Sed Petrus Fullo clam Pityuntha digressus, ad sanctum Theodorum se contulit, qui erat in oppido Euchaitorum, ut tradunt Theophanes & Cedrenus. Quisnam sit hic Theodorus, equidem nondum comperi; nisi forte sit Theodorus Trichinas, cujus mentio fit in Græcorum Menologiis, die Aprilis vicefimo. Ordinatus est igitur ab Acacio Antiochenis Episcopus, Stephanus junior, vir pietate spectabilis. Qui cum tres annos sedisset, variis hæreticorum seditionibus agitatus, post ejus obitum Zenon præcepit iterum Acacio, ut in urbe regia Episcopum Antiochenis ordinaret. Acacius igitur Constantinopoli, Calendionem ordinavit Antiochensem Episcopum, ut scribunt Theodorus Lector ac Theophanes, & ante eos Gelasius in gestis de nomine Acacii. Orientales autem Episcopi, tanquam nescientes id quod actum erat Constantinopoli, Joannem nomine Codonatum eisdem Antiochenæ Ecclesiæ consecravit Episcopum, ut scribit Victor Thuronensis in Chronico post Consulatum secundum Longini, & Theophanes, pag. 110. id factum est anno Christi 481. Trocundo & Severino Coss. ut discimus ex epistola Simplicii Papæ ad Acacium. Ordinatus Constantinopoli Calendio, mox Antiochiam profectus est. Ubi collectâ Episcoporum Provincialium Synodo, primò

Caput III.

Stephanus cum per anni circiter spatium Antiochenam Ecclesiam gubernasset, ab hæreticis crudeliter in Ecclesia interfectus est. Cadaver ejus tractum per urbem & in Orontem fluvium projectum est anno Christi 479. post Consulatum Illi viri clarissimi, ut ex epistolis Simplicii Papæ rectè observavit Baronius. Quam ob eadem graviter commotus Zenon, misit An-

quidem ordinationem suam omnium suffragio comprobari voluit; deinde Synodicam epistolam misit ad Simplicium Papam per Anastasium Episcopum. Qui per Constantinopolim transiens, acceptis ab Acacio intercessionis litteris, Romam profectus est. Ubi cum litteras Calendionis simul & Acacii Simplicio obrulisset, Simplicius libenti animo Calendionem in communionem suam suscepit. Litteras quoque ejus rei testes Anastasio tradidit, tum ad Calendionem, tum ad Acacium perferendas. Extant hodie litterae Simplicii ad Acacium quae sic habent. Antiocheni exordium sacerdotis, quae ratione fuerit serius indicatum, quamvis nos minime latere poterit, tamen & ipse, vel Synodus ipsius indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, extitimus; quia quod voluntarium non est, non potest vocari in reatum, &c. Data idibus Julii Severino V. C. Coss. Quot annos Calendio Episcopatum gesserit, non convenit inter antiquos. Theophanes quidem in Chronico quatuor ei annos assignat. Victor autem Thuronensis tres duntaxat ei tribuit. Sed in Victore Thuronensi mira est annorum perturbatio. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis annum tantummodo ei tribuit. Verum biennii spatium eum sacerdotio functum esse reperio. Certè Gelasius Papa in gestis de nomine Acacii, eum post damnationem Acacii in Synodo Romana factam, depositum esse testatur. Synodus autem Romana adversus Acacium celebrata est anno Christi 484. Theoderico & Venantio Coss. Depositus autem est Calendio, specie quidem propterea quod illo favisset qui tyrannidem arripuerat Antiochia; sed re verà eo quod à Felice Papa & à Joannis Alexandrini communionem sese abrumperet nolisset, ut testatur Liberatus. Pulso in hunc modum Calendione, Petrus Fullo à Zenone Imperatore in sedem Antiochenam remissus est. Id factum suggestionem Acacii, in odium Felicis Papae, à quo damnatus paulo ante fuerat Acacius, affirmat Gelasius in gestis de nomine Acacii sub finem, ita scribens: "Cujus audacia deteriora committens, etiam Petrum Antiochenum, ejecto Catholico Calendione quem ipse ordinaverat, ad Antiochenam misit Ecclesiam. Idem quoque testatur Felix Papa in epistola 2. ad universos Presbyteros & Archimandritas Constantinopoli & per Bithyniam constitutos, his verbis. Sic autem Acacius impietatem pestiferam damnationis tetendit, ut etiam dejectus insultet, ut scissus sarrivire non desinat; & tum omnino extra corpus habeatur, ejus tamen membra dilaceret, & de se scriptum esse testetur. Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit: Adjiciens deteriora prioribus, persequendo jam mortuus; ejus anima graviter delinquendo condemnationem secundae mortis incurrit; qui Calendione Episcopo sancto quemadmodum cognovimus, nuper ejecto, Petrum toties & ante à se damnatum in ejus immisit Ecclesiam, ita ut plurimi, si verum est, Catholici cesserint reliquiis suis sedibus sa-

cerdotes, & nostrae projectae sint porcis & canibus margarita. Gelasius tamen in epistola ad Orientales, Petrum Fullonem à Zenone Imperatore introductum esse dicit in sedem Antiochenam. Verba Gelasii sunt haec: Ut taceam quod per Zenonem Imperatorem, qui utique Antiocheno Petro quem introduxerat, & cujus sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permixtus communicabat Acacius. Idem Gelasius in epist. 13. ad Episcopos Dardaniz, Zenonem quidem id sua auctoritate fecisse scribit: Sed Acacium id fieri passum esse; & palam quidem à Petri Antiocheni communione abstulisse; Imperatori tamen Petrum promoti minime restitisse. Zenonem itaque in litteris suis scripsisse ait, istud à se factum esse ex consilio ac dispositione Acacii. At Calendio cum se per fraudem & calumniam destitutum videret, litteras scripsit ad Felicem Papam, quibus ei & destitutionem suam, & violentam Petri Fullonis post tot damnationis sententias restitutionem nuntiabat. Quibus cognitis Felix Papa habità Synodo apud sanctum Petrum, cui interfuerunt quadraginta tres Episcopi, Petrum Fullonem Antiochenis Ecclesiae pervasorem, & unà cum illo Petrum Moggum Alexandrinum Episcopum, & Acacium Constantinopolitanum damnavit. Damnationis sententiae primus inter Episcopos qui Concilio intererat subscripsit Candidus Tiburtinus, his verbis: Candidus Tiburtinae civitatis Episcopus, Petro Alexandrinae Ecclesiae pervasori, & Acacio quondam Ecclesiae Constantinopolitanae, nec non etiam Petro Antiocheno, ab Episcopatus & Christianorum numero olim jure & merito segregatis, omnibusque sequacibus eorum, sequens auctoritatem Sedis Apostolicae secundum nostrum & Catholicam Ecclesiae statum justa deliberatione prolatam, anathema dicens subscripsit. Et quadraginta duo Episcopi similiter subscriperunt. Haec est quinta Petri Fullonis damnatio, facta à Felice Papa in secunda Synodo Romana quae habitata est causa Antiochena Ecclesiae, anno Christi 484. ut supra demonstratum est. Prima enim Synodus Romana, sub eodem Felice Papa collecta fuerat ob causam Alexandrinae Ecclesiae, & ob pravariationem Vitalis ac Niseni Episcoporum eodem anno, Consulatu Theoderici & Venantii.

Capit. IV.

Haec sunt quae de Petri Fullonis damnationibus ex optimis scriptoribus, & ex ceteris documentis collegimus. At Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, eumque secutus Binius in collectione Conciliorum generalium, duas praeterea Synodos in quibus Petrus Fullo damnatus est, nobis obtrudunt: Constantinopolitanam scilicet ab Acacio collectam, anno Christi 483. & Romanam, habitam à Felice